



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Præclarè cum actione orationem miscet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

tur, imitatio. Ex ipsis Canisij epistolis haud obscure intelligere est, quam vndiq; sacrarum argumenta precatioñū arriperet: quam inter opus ab consuetudine Dei non recederet, quam per omnia sibi ad illum faceret gradum. Interferit enim creberrimas, mireque dulces, spirantes, ac pro argumenti modo varias preces: nunc gratias agens, nunc veniam implorans; nunc sibi, nunc aliis, de quibus est sermo, lumen, aut vires, aut dolorem peccatorum, aut alia pro tempore, ac loco rogās aptis a deo formulis, vt qui accuratè obseruet, preclaram inde precum, earum, quas missilium instar Iaculatorias Magistri Virtutis appellant, summoque opere, ac iure laudant, colligere syluam queat ad omnes vsus. Per frequētes illæ sunt. Deus in gloriam suam conuertat studia nostra. Totum cedat in honorem Dei, & animarū salutem. Deus æternus det nobis summam sapientiam, & ardētem caritatem, vt omnia dirigamus ad maiorem eius honorem, & commune bonum. Dominus Iesus in gloriam suam nostros conatus dirigat. Nec verò alium in familiari cōgressione, coramque rebus gerendis morem tenebat. Itaque commodissimam repererat viam actionis cum contempla.

*Præclare cum  
actione orationem  
miscet.*

templatione miscendæ, atq; ex præcepto Domini nūquam ab oratione cessandi. Editum etiam memorauimus precationū ab eo libellum summe laudatum.

Ceterū, si cui cordi est, vt esse omnibus debet, precandi Numinis studium, me autore legat, quas hic apud homines iuxtaq; apud Cælites magnus Orator preces adnotauit cum Euāgelij meditatione toto anno iungendas, præclaris illis duobus Meditationum Tomis. Inde comperiet quā ampla, quamq; ingeniosa sit pietas: quantam suppellectilem comparare sibi humanarum necessitatum possit, quas apud Deum pro temporū oportunitate agat, vt, siue ad excitandam in se misericordiam, aliosq; pios affectus, siue ad concipienda vota nunquam non adsit locuples instrumentum. Debent ei profecto multum hoc nomine sacra omnium Precatorū gymnasia. Namque meditationes cum haud pauci satis cōmode explicarint; quas coniungere cum iis preces oporteret, vnus omnium, quod equidem norim, ipse singillatim admonuit; singulisq; diebus Dominicis, & sanctorum feriis prudentissime, & religiosissime exequutus est.

*Optimus Magister ad meditationem preces accommodandi.*

Illud